



## Orat. Funeb. XV.

IN MEM. JOAN. I. PAL.  
Confessio de Cœna Dom.

1588.

Dux Iohan.  
in singulis  
Præfecturis,  
evulgat, &  
defendit Ca-  
techismum  
promulgatū.

Postquã vulgata est Catechismi forma sub auras,  
Magnaq; de parvo dispersa est fama libello.  
Ipse sui quasvis, omni regione Ducatus,  
Dux Præfecturas obiit, mystisq; vocatis,  
Obtulit hunc coram, commendavitq; libellum.  
Sponte illum plures acceptavere ministri,  
Quiq; recusarunt isti subscribere formæ,  
Dux fari jubet, & certas, hos, dicere causas,  
Cur renuant veros Scripturæ admittere sensus?

Obiectio.  
Hoc est cor-  
pus meum.

O reruunt omnes uno: clarissima verba (go,  
Sunt Christi: Hocce meū est corpus, q; traditur: er  
Est Christi corpus sub pane, & manditur ore.  
Quorūvis. Siquidem Christus hoc mandere iussit.

Dux Ioan.  
refutat obje-  
ctiones Vbi-  
quitariorum  
de S. Cœna  
Dom.

Ad quos sic placido Dux est sermone loquutus,  
Vera Dei ex verbo confirmans, falsa refutans:  
Vos, scio, jactatis, Christus, quæ protulit ore,  
Verba suo, sed non rectè perpenditis illa.

Theodore-  
sus.

Quippe Dei sermo, nisi ceu Deus edidit ipse,  
Sumitur, ille Dei cessat tum existere sermo,  
Cæci ductores, cæcos ad Tartara ducunt. (est,  
Christus enim accepto manibus de pane; Meū hoc  
Corpus, ait, verum quippe, & palpabile corpus,  
Quale crucifixum, quale est in funera mer sum.

Vos